

DE VTRAQUE

COPIA, VERBORVM

ET RERVM, PRÆCEPTA, VNA

CVM EXEMPLIS, DILVCIDO

breviſſimè carmine comprehenſa, vt fa-
ciliùs & iucundiùs edisci, ac memoriæ
quoque firmiùs inhaerere poſſint.



ANTVERPIÆ,

Ex officina Christophori Plantini.

M. D. LXVIII.

CVM PRIVILEGIO.

PRÆFATIO IN COPIAM.

BRAECLARA est semper à viris qui à recto rationis dependerunt iudicio, habita oratio copiosa, & nulla in re rudis: in ea etenim, veluti hoc vno, præstant homines vel maximè brutis animantibus, quod colloquuntur inter se, exprimuntque sensa dicendo, ipsis hominibus antecellitur. Quam laudem excellentiamque, cum *mulum iuuet ars, ratioque* locupletandi sermonem, sedulo doctissimis ea viris summæ fuit curæ ac studio. Græci namque auctores aliquot haud obscuri, de ea præceptiones plurima ante secula tradidere. Ex Latinis Fabius Quintilianus (vt taceam ceteros) homo maximæ doctrinæ atque diligentia, cū alibi tum præcipuè decimo Institutionum libro, parandæ copiae modum ostendit. Admirabilis (teste eodem Fabio) copiae artifex Homerus, Apuleius, quam nunc parcè perstringit, *nunc fusè eandem rem explicat!* Maronem ea in re quis non cum Macrobio laudet? Huic exercitationis generi quantopere omnis eloquentiæ princeps Cicero indusserit, vel illa cum Mimo Roscio concertatio ac contentio celebris argumento fuerit. Sed quid hos ex innumera multitudine tantum commemoro? Præcesserunt eos non solum viri, qui copiosè loquerentur, sed & post ipsos in Ecclesia sancta viri ad stuporem eloquentissimæ copiae extitere, veluti exuberantissimi fontes. Et quæ res sanè magis ampla & in omnibus disciplinis illustrior,

DE COPIA VERBORUM LIBER
PRIOR.

Cui sermonis adhuc curta est, & scabra supellex,
Si legat haec, damnum pellat utrumque licet.

Copiae vitia-
tates.

Tautologon, vel homœologon si turpe vocant:

Tautologon
est repetitio
eiusdem dicti.
Homœologon
si nullis omni-
no neque va-
riasi.

Tadia quòd varians gratia nulla leuet:
Si velut in salebra pudor est hærere loquentem,
Ridiculum tremulis si reticere labris:
Si tibi grata modis oratio docta solutis,
Si placet Aonio carmen alacre sono:
Si bene scriptores libet enarrare peritos,
Vertere si linguis scripta aliena nouis:
Postremò si posse velis ex tempore de re
Qualibet, ut riuo iuge fluente loqui:
Sermonem aut temerè coeptum quandoque discretè
Persicere, indigna si cupis absque mora:
Hos tibi parta parit fecundos Copia factus.
Nec discenda minus si breuis esse voles.
Vbertas Asianorum, breuitasq; Laconum est:
Tendere per medium vult Rhodiense genus.
Quodcumque anteferas, sit copia nota necesse est,
Nec bene largitur, nec bene parcat inops.
Ac velut in mensa dapibus genus omne referta,
Quod quantumq; libet sumere quisque potest.

*Vt semel absoluam, Deus est super omnia amandus,
 Quilibet ergo Deum quomodo debet, amet.
 Sed mihi verborum sola est heu Copia: Rerum
 Desit adhuc, vt des hanc quoque Christe, rogo.*

DE RERVM COPIA

LIBER SECVNDVS.



*AM tibi ne folijs verborum oratio
 pulchris*

*Luxuriet, yerū fructibus orba bonis:
 Schematibus res quaeque suis varian-
 da vicissim est,*

Materia & grauidis elicienda locis.

Imprimis compressa breui sententia summa,

Latius in parteis distribuenda suas.

In genere (exempli causa) si dixerit alter:

Ille bonis studijs deditus vsque fuit:

Perspicuo atatis tibi cunctas ordine parteis,

Virtutes, artes, enumerare licet.

Adde grauem studij noctuq₃ diuq₂ laborem,

Redderet vt pensum qualibet hora suum.

Quod nihil illecebris, somno contentus, & esu

Permodico, dederit: quam nihil ille iocis.

Heluo librorum, doctorum auditor amicus:

Florilega solers, ac celey instar apis.

Condere thesauros, & in vsum promere gnarus,

Facunda lingua, splendiduloq₃ stylo.

Diuisio, par-
 titio, seu enu-
 meratio par-
 tium.

Tum